



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 13. Promissa Baptismi sunt-ne vota?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

98 TRACTATUS II.

Quæst. 13. Promissa Baptismi sunt- ne vota?

Resp. Temerarium esset negare, quod promissa Baptismi rectè appellari possint vota, cùm hoc nomine nuncupata fuerint à sanctis Patribus, à quibus normam loquendi desumit Ecclesia.

Sanctus Augustinus hoc promissum vocat,
Nostrum votum maximum, quo nos vovimus
in Christo esse mansuros. Et exponens hæc ver-
ba Psalmi 75. Vovete & reddite Domino,
dicit: Deo nostro omnes communiter quid de-
bemus vovere? Credere in illum, sperare ab
illo vitam aeternam, benè vivere secundum
communem modum. Et in Psalmum 131. ait:
Quid ergo vovimus Deo, nisi ut simus tem-
plum Dei? nihil gratius ei possumus offerre,
quam ut dicamus ei, quod dicitur in Esaiâ:
POSSIDE NOS.

S. Aug. in E-
pist. 59. Ad
Paulinum.

Lib. 4. dist.
18.

Et ut ait Magister sententiarum; Votum
aliud est commune, aliud singulare: commu-
ne est illud quod in Baptismo omnes faciunt,
cum spondent renuntiare diabolo & pomis
eis.

Catech. Con. Catechismus Concilii Tridentini: Parochus,
eit. p. 1. In ait, Fidelem populum ad eam rationem cohor-
explic. 2. art. tabitur, ut sciat & quissimum esse pra ceteris
Symboli Apost. hominibus, nos qui ab eo nomen invenimus,
¶ 18. Christianique vocamur, & quanta ille in
nos Beneficia contulerit, ignorare non possu-
mus ob id maxime, quod ejus munere hac com-
nia fide intelligimus: & quum est, in quam, nos
ipsos, non secus ac mancipia, Redemptori
nóstro & Domino in perpetuum addicere &
consecrare. Et quidem cum Baptismo initia-
mur, ante Ecclesiæ fores id professi sumus:
declaravimus enim nos satana & mundo re-
nuntiare, & Iesu Christo totos nos tradere.
Quod si u: Christiana militia adscriberemur,

De Sacram. Baptismi. Cap. VII. 99

tam sancta & solemni profissione nos ipsos
Domino nostro devovimus; quo suppicio digni-
erimus, si, postquam Ecclesiam ingressi su-
mus, Dei voluntatem & leges cognovimus,
postquam Sacramentorum gratiam percep-
imus, ex mundi & diaboli praeceptis vixeri-
mus, perinde ac si cum in Baptismo ablui-
sumus, mundo & diabolo, non Christo Do-
mino ac Redemptori nostro nomen dedisse-
mus?

Idem asserit Divus Thomas: Necessitas, D. Th. in 4^a
inquit, faciendi illa sine quibus non possumus sent. dist. 38.
salutem consequi, non excludit omnino vo- art. 1. q. 1^a
tum; invenitur enim quandoque votum largè ad 2.
accipiendo esse de his, qua sunt sub tali ne-
cessitate. Sed excludit talis necessitas votum
propriè dictum; & ideo si votum accipiatur
secundum propriam sui rationem, est propriè
de bonis illis ad quæ non omnes tenentur,
qua supererogationis sunt.

Idem docet Divus Bonaventura: Ad illud S. Bonav. lib. 4.
quod queritur, utrum obligatio parvolorum sent. dist.
que fit in Baptismo, sit votum? dicendum 6, art. 3. q. 1^a
quod propriè non, quia non est de eo quod su-
pererogationis est; tamen extenso nomine est
votum, quia est voluntaria obligatio. Non
autem facit duplex peccatum, quia non obli-
gatur magis quam prius de necessitate, sed de
bono & aequo.

Hæc Divi Thomæ Divique Bonaventuræ
dicta, satis clare ostendunt, nulla vota nos
magis obligare posse, quam ea, quæ facimus
in Baptismo, quoniam ab aliis votis non dif-
ferunt, nisi quia vota strictius sumpta respi-
ciunt tantum opera supererogationis, quæ
per se ad salutem non sunt necessaria: unde in
quibusdam circumstantiis ab iis dispensari po-
test, quoniam majorem tantum hominis

E ij

100 TRACTATUS II.

Christiani perfectionem spectant, sine qua salvari quis potest. Vota vero in Baptismo facta de iis sunt, quae ad salutem ita sunt necessaria, ut ab iis nemo dispensari possit; qui enim ea violat, non modo majori perfectioni hominis Christiani, sed ipsi planè Christianismo renuntiare dici potest.

Quast. 14. Quare tot unctiones fiunt supra pectus & scapulas baptizandi?

D. CAROL. A&T.
P. 4. De Cere-
moniis que
priusquam Bap-
tismus minif-
tretur adhiben-
tur,

Resp. Obsignantur præterea, inquit sanctus Carolus, oleo sacro figurâ Crucis pectus & scapula, ut intelligamus eos qui Baptismo initiantur, quasi Christi Athletas, ait sanctus Ambrosius, lactamen hujus sacerduli luctaturos: solent enim luctantes inungi. Deinde ut sciamus Baptismi gratiam non nostris meritis, sed Christi beneficio & gratuitâ misericordia donari, qua oleo significatur. Præterea quia oleum est medicamenti species quandoquidem Samaritanus infudit in vulnera oleum & vinum: ideo hac unctione demonstratur, intima anima nostra vulnera, & morbos hanc medicinam curari: fornitemque ipsum, quamvis non omnino extinguatur, at certe debilitati: viresque & robur spirituale nobis addi, quo satana, carnisque temptationum impetus depallamus. Pectus præterea ungitur, ut intelligamus mentem animumque divina virtute corroborari. Scapula vero, quia dantur homini vires ad jugum Christi Domini ferdum.

Inungitur, inquit idem Sanctus ibidem, ante & retro, ut undique muniatur & confirmetur ad opera bona prestanda corde & corpore, voluntate & opere.

Quast. 15. Quare exigitur à baptizando professio fidei?

Resp. Quia, ut dicitur Marci ultimo: Qui